



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Belgica, Antverpiensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Editus in lucem fuit III. Nonas Martij,

H. VI. A. M. ∞. D. XII.

Excessit è viuis IV. Non. Decembr.

H. XI. A. M. ∞. D. XCIV.



BELGICA,
ANTVERPIENSIA.

IN ANTVERPIAM IVL. CAES.
SCALIGER.

Oppida quot spectant oculo me torua sinistra,
Tot nos inuidia pallida tela petunt:
Lugdunum omnigenum est: operosa Lutetia: Roma
Ingens: res Venetum vasta: Tolosa potens.
Omnimoda merces, artes priscaq; nouaq;
Quorum insunt alijs singula, cuncta mihi.

IN EANDEM.

MAXAEMILIANVS VRINTIVS S.P.Q.
Gand. à secretis.

Regia Mercurij, sortis domus, arca Martis
Merce vicens, opibus turgida, ciue potens.
Legibus aqua, superba foro, admiranda penate,
Turre stupenda sacra, mole timenda sua.
Meta hosti, vindex LIRAE, caso incluta Gallo,
Apta salo, caelo grata, benigna solo.
Orbis miraculum, fama stupor, vnica Phœnix,
Vix prasente oculo, vix capienda fide.
Nescio quam dicam, minor est vox omnis, at ipsa
Se valide ANTVERPAM dicere sola potest.

INSCRIPTIO PORTAE CAESAREAE.

CAROLVS V. CAES.

Hanc portam primus mortalium introgressus,
CAESAREAM nuncupauit, Die XXV. Nouembr.
Anno M. CCCC. XLV.

IBIDEM.

ALBERTO ET ISABELLA

Per maiorum uestigia ANTVERPIAM ingredien-
tibus, & eorum exemplo piè ac prudenter rectu-
ris:

S. P. Q. A.

IN PROPVGNACVLIS

Diuae MARIAE Hung. Reg. Diui Carol. V. Ca-
saris sorori, patriae ex fratris auctoritate tutrici
S. P. Q. A. hanc molè ex eius nomine Marianā nun-
cupantes, pijs votis D. D. Quòd sollicito illius
hortatu tantæ hæc vastitatis moenia grauiß. Reip.
impèsis vel quadrimestri spacio, ad mille passuum
longitudinem in superiorem vsque limbum exci-
cata sint, vniuersumque vrbis ambitum hac parte
complerent, mense Augusto, M. D. LII.

Constant. Halmalus, eques auratus huic moli
primum iecit lapidem, die XVII. Iulij
M. CCCC. LII.

IVSSV CAROLI V. CAES.

IOANNES à CROMBACH, eques aur. huius
urbis Senator, huic moli indito nomine, D. Jacobi,
primum iecit lapidem anno M. D. LII. d. III. Iunij.

IN CATHEDRALI B. MARIAE.

D. O. M. S.

LAEVINVS TORRENTIVS patria Gandauen-

sis, litteris & legationibus domi forisque specta-
tus, Ex Archidiacono & Leodiensis Principis Vica-
rio generali, II. Antuerpiensium Episcopus, III.
Mechlin. Archiepiscopus designatus. Collegij
Societ. IESV apud Louanienses fundator. Adre-
rum status Belgij Concilium ascitus, dum precipi-
tantem Rempub. fractus viribus animo infracto,
consilijs sustento, Bruxellæ decessit VI. Kal. Martii,
CIC. IO. XCV. Vixi ann. LXX. M. i. D. XVIII.

D. O. M. S.

CHRISTOPHORO PLANTINO TVRONEN-
SI, Ciui & Incolæ Antuerpiano,
architypographo regio,

Pierate, prudentia, acrimonia ingenij, magna

CONSTANTIA AC LABORE maximo

cuius industriâ atq; operâ,

infinita opera, vetera, noua,

magno & huius & futuri seculi bono in

lucem prodierunt:

IOANNA RIVIERA coniux, & liberi, hæredesque

illa opt. viro, hi parenti,

mœsti poss.

Tu qui transis, & hæc legis, bonis manibus,

bene precare.

Vixit ann. LXXV. Desijt hîc viuere

Kalend. Quintilibus.

Anno Christi CIC. IO. XXCIX.

AE NE AE A MARIVORTA

Iconoclastæ fregerunt.

Quis sim, quis olim, quis deniq;

Viuens fuerim, requiris hospes optime:

Sum puluis, olim nobilis.

Dum

*Dum fata vitam haud invident superstitem
Belli, toga, domi, foris.*

*Heros inter splendidos haud infimus,
Et miles & dux agminis.*

*At fortè nomen & genus quasiucri
Et patriam de nomine;*

*Respondeo quod Cypridos quondam fuerit
Gnato, Creusa coniugi;*

*Idem parentes indidere infantulo,
Vocatus AENEAS fui.*

*Gens Mariuoorta originem mihi dedit.
Antiquitate splendida.*

*Drugis in aureas me mater primum tulit,
Herois inclyta & pia.*

*Quid sim, quid olim (vel potius nuper) fui,
Scis hospes. at tu quis sies,*

*Tenebris situs nequeo quidem cognoscere;
Sed tute te ipsum noueris.*

Obijt ad superos XIX. Maij, anno M. D. LXXVI.

IN S. CIRCUNCISIONIS SACELLO.

RESURRECTIO CHRISTI, VITA MOR-
TVORVM.

D. O. M.

FRANCISCO I. E. I. N. SCOTTO Belgæ, ciuik
& mercatori Antuerp. D. de Bouterfen, inter huius
R. P. pauperum, patronos quondam adoptato, deq;
patria B. M. & ANNAE BOSCHAERT eius con-
iugi, parentibus chariss. liberi moesti PP. Obijt
ille ætatis suæ anno LXXII. Christi CIO. IO.
LXXXVII. IX. Kalend. Maij. Hæc verò ætat. LIX.
Chris

Christi M. D. LXXII. X. Kalend. Februar.

R. I. S. T.

MORS TRANSITVS AD VITAM.

IBIDEM.

Louanij doctus, Dordraci natus, IOBVS,
 Hoc est NAV CLEROS conditus in tumulo.
 Quem virtus, pietas, & docta gratia lingua
 Huius Plebanum fecerat esse domus.
 illum, heu! Parca ferox, nostro nimis inuida Clero
 Vix passa est vita lustra videre decem:
 Sed febre confectum dedit hoc sub marmore corpus,
 Hac cineres atros ossaq; texit humo.
 Disce hospes, nulli crudelia parcere fata,
 Atq; silenti vmbra vota benigna face.

Annō M. D. XCI. X. Februar.

IN LAMINA ANTE SACELLVM
 D. Virginum.

BARTHOLOMAEO TVCHER

Ex Norica illa gente, quæ ab Henrici IV. Aug. centu-
 poribus, continua maiorum serie Reip. suæ præzeli-
 Anno M. D. XLII. Die XXVI. Octobr. de-
 functo.

HERBERTAE DENS.

Eius vxori, Anno M. D. LVII. Die XXIX. Martij,
 posteris omnibus, & coniugibus eorum, in spe re-
 surrectionis heic quiescentibus.

IBIDEM.

HENRICVS RANZOVIVS Regis Daniæ in
 Ducz.

Ducibus Administrator, Francisco ab Hallen,
Domino in Drakenburg & Rintclem, ex equestri
Brunsvicensium ordine nato, sacero suo, hac in vr-
be piè defuncto, anno nimirum 1553. die 27. Sep-
temb. marmoreum hoc monumentum constituit:
& iam secundum belli tumultibus destructum,
innouavit.

P O S T E R I T A T I

S.

LYDOVICO GVICCIARDINO

Patricio Florentino,

Iacobi F.

Francisci Guicciardini

Historiographi celeberrimi ac laudatiff. N.
de Belgio & præcipuè Belgij vrbe
bellissima bellicosissimaque

ANTVERPIA

præclarè meritò,

FRANCISCVS SVVERTIVS F.

H. M. P.

donec Coss. nationis Florentinæ

dignum se, dignum viri virtute

erigant Cenotaphium.

Obijt xi. Kal. April. anno cjd. id. LXXXIX.

Aetatis suæ LXVI.

OPTIMVM VITAE BONVM MORS.

D. O. M. S.

Inscriptio Lipsiana, Tumulum ex marmore.

Mortalis audi pauca verba mortua.

Ego MARIA sum DECKERIA, nata Antuerpiæ,

sed me Religio misit hinc Colomiam,

Illic

*Illic maritum MICHAELEM BOOTIVM
Deus dedisti, in patriam rediimus,
Annos quaternos & decem vna viximus.
Sex liberos dedi, datos mors abstulit,
Et me quoq; ipsam in partitione sustulit.
Placui marito, ad finibusq; & ciuibus,
Industria domi, & foris modestia.
Deo placere cura nunc vna est: iuua
Mortalis o votis tuis me mortuam.*

POSUIT LECTISSIMAE FAEMINAE
ET DILECTISSIMAE, HEV, VXORI
MICHAEL BOOT, HVIC VRBI QVONDA
AB ELEEMOSYNIS.

Vixit illa annos XXXIII. Obijt anno c1571. d. 22.
Non. Nouemb.

ANTE SACELLVM SS. SACRAMENTI
IESVM CHRISTVM

Verum Deum & hominem in SS. altaris esse Sacra-
mento.

Omnis ratio est in virtute Dei: omnis scientia in
Fide.

Quod possit esse, à Dei potentia est: quod sit ab eius
voluntate.

Quod sciunt esse, habemus ab Ecclesia, quae non
errat, & à S. Scriptura quae non fallit.

Quod non capimus, ab intellectus est infirmitate:

Quod non credimus, à patre mendacij, qui non
stetit in veritate.

Authore

R. P. D. CORNELIO MYSSO Episcopo Eton.

IN SA

Inscriptio Lipsiana, marmoreus tumulus.
IN SACELLO SS. SACRAMENTI.

D. O. M.

SEPVLCHRVM HIC VIDES
MAG. VIRI IOANNIS VAN HOVE
QVI INTER PRIMARIOS CIVES,
PIETATE ET ALIA VIRTUTE EMINVIT,
AB EELEEMOSYNIS HVIC VRBI FVIT,
ID MVNVS OPTIME OBIVIT.
VXORES HABVIT MARIAM VAN DE
CRVYCE

MORIBVS ET INGENIO ELECTAM,
ET EX EA QVINQVE LIBEROS.
OBIIT Q. III. NON. SEPT. AN. ∞. 13. LXXIIJ.
ITERVMQ. MARIAM VAN SANTFORT,
SED SINE PROLE,
SINGVLARIS EXEMPLI FAEMINAM,
QVAE ET LIBEROS MARITI SVI HAERE-

DES INSTITVIT,
OBIIT POSTRID. NON. DECEMB. ∞. 13C III.
AT ILLE VT IN VITA SIC IN MORTE
TRANQVILLVS,

OBIIT XV. KALEND. IVL. ∞. 13C I.
FILII ET HAEREDES MAESTI. P.P.

*Vide ista Lector, cogita, & quod est caput
Morti parare, & bene precare mortuis.*

AD TEMPLI INGRESSVM.

CORNEL. SCRIB. GRAPHEVS, praelaræ
huius urbis à secretis, sibi suisque, & Hadrianæ
Philippæ dulciss. vxori viuens pos. Ipsa quidem
vixit annos LXXI. decessit autem xvii. Aug. M. D.

Gg

LVI.

LVI. VNO & XL. ann. marita, matrōna & prudētissima, & pietatis cultrix eximia: Ille verō carā fecutus coniugem migravit XIX. Decemb. M. D. LVIII. cūm vixisset annos LXXVI.

IN MAGNO COEMETERIO.

ÆVITERNITATI SACR.

CORNELIO KILIANO Dufflao

constantis laboris

&

perennis industriæ laude,

ornato & amato viro.

L. annis Plātiniana typographiæ correctorē gessit

quā fideliter, peritè, doctè,

ipfos rogate libros, elegantia, nitore, famā,

æterna artis primos.

Nec semp alienos tractavit, cū & suos reliquerit,

Latina oratione disertus, versificatu felix,

Patriam quoq; eloquentiam excoluit,

cultumq; eius & proprietatem reuocavit.

Obijt ætate operibusq; grauis.

Anno CIO. ID. C. VII. ipso Paschatis festo.

IN DIVI IACOBI.

ALVARO NONIO LVD. F.

Nato an. lx. Denato v. Id. Dec. ann. CIO. ID. C. III.

Philosopho & Archiatro,

doctrina & virtute claro,

Principibus claro,

prolixa in omnes comitate:

cui in vita nil carius, quā alijs eam dare,

nihil in morte iucundius,

quā ad meliorem transire.

Vxor marito, liberi parentibus

M. M. PP.

IN

ANTVERPIENSIA.

467

IN D. ANDREAE.

IACOBI IONGELINGI ANTVERPIENSIS
Duc. Brabant. monet. Praefect.
tumulus.

Qui statuis animam, mirabilis, indidit ipsis,
Phidia & arte potens, Praxitelisue fuit;

Hesperijs qui notus erat, qui notus Eois,
Regibus & gratus, Principibusq; viris;

Atq; Ducali ideo Praefectus ritè Moneta,

Qui laude egregia munus obiuit idem;

Ergo mori IUVENIS potuit, vel debuit ille?

Qui aequavit veteres Dadala in arte viros?

Perpetuaq; fuit dignus florere Iuventa?

Vivere & Artificis aere perenne magis? (brā:

Ab! iacet ille tamen IUVENIS modò pulvis, & um-

VIVE BENE. Omnia sunt vana, caduca, nihil.

Vixit anni. LXXV. M. VI. D. X.

Obijt vltima Maij, anno M. DC. VI.

MICHAEL VAN DER HAGEN amico
opt. P.

IN D. GEORGII.

PIAE MEMORIAE DICATVM.

Viator heus resiste: rem tuam loquar,

Aut id, quod esse non neges in rem tuam.

De morte sermo est, mortuisq; cogita

Et hoc tibi fore. Serio si cogitas,

In rem tuam, quod esse dixeram, tenes,

Et melior hinc abiueris, quàm veneras.

FRANCISCVS SWEERTIVS GERTRVDI VAN

OS VXORI OPT. CARISS. POS. DEIN ET

Gg 2

SIBI

SIBI NECNON VXORI SECVNDAE ISABELLAE DE SORBRVECQ. VT QVISQ. AD METAM VENERIT. SED È FILIIS POSTERISQ. SVIS.

*Nam longus ordo est. Hos & illos subsequi
Lex summa iussit. Fata quis homo vicerit?
Qua non timere si voles, semper time.*

MISERATOR DEVS MISERERE.

Obijt GERTRVDIS A. ∞. 10. XCIV. XII. Kal.
Nouembr.

Obijt FRANCISCVS.

Obijt ISABELLA.

IN SARCOPHAGO.

FRANCISCVS SVVEERTIVS,

&

GERTRVDIS van Os
humanæ fragilitatis memores,
spe indubia resurrectionis suæ
sibi suisque H. M. F. C.

IN AREA COLLEGII SOC. IESV.

Inscriptio fontis, cum Termino.

HOSPES,
heic sta.

Venisti ad Terminum.

Cur porrò ego stem, disces
nam doceo.

vt aquas pede,

ita terram

mente calco.

Prorsum quoi qua possum,

Rigo siccos: Quod

ANTVERPIENSIA.

469

Quod haurio,
id
abundè refundo.
Credes, si vel ferrum motes.
HOSPES
abei,
mei memor,
demum
ad me reuersurus.

IN OFFICINA PLANTINIANA.

Præsentibus Principibus nostris ALBERTO,
& ISABELLA.

Læti fausti que, vt in hanc urbem
Belgicæ vestræ principem,
SERENISSIMI POTENTISSIMIQ;
PRINCIPES,
in alias pariter omnes introite,
Iustitiæ Pacis que legibus
diu feliciter imperantes
subiectas fouete;
lapsas erigite;
erectas conseruate.

Ad liberos nepotes que exemplis vestris
Iustitiam cum pace edoctos
Imperium serò transmittite.

Hæc sua, & totius Belgicæ vota
PLANTINIANA OFFICINA
vestris, vt æter. mem. Regis Catholici
M. L. Q. imperijs, addicta,
deuotionis ergo, vobis præsentibus
SERENISSIMI DVCES,
gratulabunda concepit impressitq;.

XVIII. Kalend. Ianuar. anni M. D C.

Auctore Balthasare Moreto.

Gg 3

IN

IN CATHEDRALI B. MARIAE.

D. O. M.

BEATRICI RAMPARTIAE NIC. F.

Foemina lectissima,

Rara in Deum pietate,

Coniugem liberosque amore,

In quinta filiae partu raptæ,

& ad vitam meliorem traductæ.

PAVLVS MECHELMANVS I. C.

Regi à consilijs, Iudexq; militaris

Laudabili in coniugem memoria,

moestus cum lacrymis

Ipsi sibi suisque pon. cur.

Vixit illa ann. XXXIII. in coniugio IX.

Obijt anno orbis redempti MD. IX. c. III.

A. D. XIII. Kalend. Iunias,

At ipse PAVLVS,

*Vt sit BEATRICI beatæ te rogo**Rogare lector, & marito & liberis.*

IN D. MICHAELIS.

ABRAHAMI ORTELI

Quem vrbs vrbium Antuerpia edidit,

Rex regum Philippus Geographum habuit,

monumentum hic vides.

Breuis terra eum capit,

Qui ipse orbem terrarum cepit,

stylo & tabulis illustravit,

sed mente contempsit,

Qua cœlum & alta suspexit,

Constans aduersum spes, aut metus.

Amicitia cultor, candore, fide, officijs:

Quietis cultor, sine lite, vxore, prole

Vitam

ANTVERPIENSIA.

471

Vitam habuit, quale alius votum,
Vt nunc quoque æterna ei quies sit
Votis faue Lector.

Obijt iv. Kal. Iul. Anno 8. 13. XCIIIX.
Vixit ann. LXXI. Menf. II. D. II XX.
Colij ex sorore Nepotes B. M. POSS.

AD FRANCISCANOS.

IN FENESTRA VITREA.

Honori D. FRANCISCI,

Amori ordinis,

Pietati item loci huius,

L. LIPSIUS fragili monum,

sed fido affectu P. C.

A. 8. 13 CVI.

IN AREA ARCIS ANTVERPIENSIS,
SVB DVCIS ALBANI STATVA.

FERDINANDO ALVAREZ à TOLEDO, Al-
bræ Duci, Philippi II. Hisp. apud Belgas præfect.
quod extincta seditione, rebellibus pulsus, religio-
ne procurata, iustitia culta, prouinciæ pacem fir-
marit, regis optimi minist. fideliss. positum.



BRVXELLENSIA.

IN BRVXELLAM MAXAEMILIANVS
VRINTIVS S. P. Q. Gand. à secret.

Non potui BRVXELLA caput regni esse Bra-
Sed potui Belgæ Principis esse domus. (bãri,
Regia Concilio, cultu aurea, prodiga sumptu,
Fentibus vda. siu lata, beata solo.

Gg 4

Colli-